



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

9. Vtrum sit recipiendum a non habentibus vsum rationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



sacramenti post cibum, & potum assumptū, triplici ratione. Primo quidē sicut Aug. dicit, in honorem huius sacramēti, vt scilicet in os hominis intret, nō dum aliquo cibo vel potu infectum. Secundo, propter significationem, vt scilicet detur intelligi, q̄ Christus (qui est res huius sacramēti) & charitas ei⁹, debet primo fundari in cordibus nostris, secundū illud Matth. 6. Quarite primum regnum Dei. Tertio, propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, q̄ homines inordinate cibis vtuntur, sicut & Apostolus dicit primæ Cor. 11. Alius quidē esurit, alius autem ebrius est: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui statim cōmunicandi sunt, etiam post cibū, si de eorū periculo dubitatur, ne sine comunione decedant: quia necessitas legem non habet. vnde dicitur de consec. d. 2. Presbyter infirmum statim comunicet, ne sine comunione moriatur.

Epist. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

de consec. dist. 2. capit. Presbyter. Epist. 118. c. 6. in med. to. mo. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug.\* in eodem lib. dicit, neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debēt, aut mensis suis miscere: sicut faciebāt quos Apostolus arguit & emendat. nāque saluator, quo vehemētius cōmendaret mysteriū illius altitudinē, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorię discipulorum: & ideo non præcepit, quod deinceps tali ordini sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesias disposuitur erat, seruaret hunc\* locum.

Alias modū

Ex gl. inter. in. ubi colligitur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ illud verbū in gl. sic exponitur: si quis esurit, & impatiēs non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, id est, pane terreno pascatur, nec post eucharistiam sumat.

In ep. 118. c. 6. ante med. tom. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod capitulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, vt in repræsentationem dominicæ cœnæ illo die a non ieiunis corpus Christi sumeretur: sed nunc hoc abrogatum est. nam sicut August.\* in libro prædicto dicit: per vniuersum orbē mos iste seruatur, vt scilicet corpus Christi a ieiunis sumatur,

a. 2. q. 147. arti. 6. ad 2. arg.

In cor. arti.

AD QVARTVM dicendum, q̄ (sicut in secunda parte habitū est\*) duplex est ieiunium. Primum est ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuscumque præassumpti per modū cibi vel potus, & tale ieiunium requiritur ad hoc sacramentū propter prædicta. & ideo neque post assumptionē aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantumque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere: nec refert vtrū aliquid huiusmodi nutriat vel nō nutriat, aut per se, aut cum alijs, dummodo sumatur per modum cibi vel potus: reliquæ tamē cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiātur, nō impediunt sumptionem huius sacramenti: quia non traiciuntur per modum cibi, sed per modū saluæ, & eadē ratio est de reliquijs aquæ vel vini, quibus os abluatur: dummodo nō traiciantur in magna quantitate, sed permixtæ saluæ, quod vitari non potest. Aliud autem est ieiunium ecclesie, quod instituitur ad carnis macerationem: & tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

AD QVINTVM dicendum, q̄ cum dicitur, q̄ hoc sacramentū prius, quam alij cibi, debet in os Christiani intrare, nō est intelligendū absolute respectu totius temporis: alioquin qui semel comedisset vel bibisset, numquam posset postea hoc sacramentum

accipere, sed est intelligendum quantum ad eundē diem, & licet principij diei, secundum diuersos, diuersimode sumatur: nam quidam a meridie, quidam ab occasu, quidam a media nocte, quidam ab ortu solis, diē incipiunt: ecclesia tamen romana diē a media nocte incipit, & ideo si post mediam noctē aliquis sumperit aliquid per modū cibi vel potus, nō potest eadem die hoc sumere sacramentum: potest vero, si ante mediam noctem: nec refert vtrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter infomnietatem vel indigestionem, ex quibus si mens munitur perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

AD SEXTVM dicendū, q̄ maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramēti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per sequētia: & ideo magis est institutū, q̄ homines ieiunent ante sumptionem huius sacramēti, quam post: debet tamē esse aliqua mora inter sumptionē huius sacramenti, & reliquos cibos. vnde & in missa, oratio gratiarū actionis post communionē dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt: secundum tamen antiquos canones statutum fuit a papa Clemēte (vt habetur de cōsecr. dist. 2. \*) si mane dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunēt ministri qui eam sumperunt: & si 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent usque ad uesperū. Antiquitus enim rarius missarum solennia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nūc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, nō potest de facili obseruari, & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

de consec. dist. 2. ca. 1. bus gradibus.

In cor. arti. 6. ad 2. arg.

ARTICVLVS IX.

Super Questionis octuagesime Articuli nouum.

Vtrum non habentes usum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.

¶ Nar. 9. in responsione ad ultimū, aduertit circa communionem puerorum & puellarum, 5. q. 1. & 4. cum ad annos discretionis penuerint, iuxta c. vtriusque sexus, quod iudicium de initio discretionis debet a parentibus & confessore fieri. A parentibus quidem, quoniam continua uersatione experitur, an filius seu filia discernere sciat panem spirituales a materiali, & cum deuotione preparare se ad sacramentū. A confessore uero: quoniam in ipsa confessione potest aduertere quantum discretionis aut deuotionis possit inelle.

4. dist. 3. arti. 5. q. 1. & 4. & dist. 23. c. 1. art. 2. q. 4. cor. B. 10. 4. lect. 7.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod non habentes usum rationis, non debeāt hoc sacramentum suscipere, requiritur enim, quod aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat secundum illud primæ Corin. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: sed hoc nō potest esse in his, qui carent vsu rationis, ergo nō debet eis hoc sacramentum dari. ¶ 2. Præterea. Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiam arrepij, qui energumēni dicuntur: sed tales etiam ab inspectione huius sacramenti arcentur, secundum Dionys. \* in lib. ecclesiast. hierar. ergo carentibus vsu rationis, hoc sacramentum dari non debet.

¶ 3. Præterea. Inter alios carentes vsu rationis, maxime pueri ui-

ca. 9. et c. hierar. p. 2.

Et uidetur nimia cautela adhiberi a parentibus non exponentibus puellas decem annorū ad



ARTICVLVS X.

¶ *Trum liceat quotidie sacramentum suscipere.*

¶ *Suber Quaestione octuagesima Articuli decimum.*

ad comunione: dicuntur esse innocentes: sed pueris hoc sacramentum non exhibetur. ergo multo minus aliis carentibus vsu rationis.

SED CONTRA est, quod legitur in concilio Arafico\* (& habetur in decret. 26. q. 6. ca. qui recedunt.) Amentibus, quacumque pietatis sunt, conferenda sunt: & ita est eis conferendum hoc sacramentum: quod est sacrum pietatis.

RESPON. Dicendum, quod aliqui dicuntur non habere vsu rationis dupliciter. uno modo, quia habent debilem vsu rationis, sicut

dicuntur non uidentes, qui male uident: & quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum: alio modo, dicuntur aliqui non habere totaliter vsu rationis, aut igitur numquam habuerunt vsu rationis: sed sic a natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum exhibendum: quia in eis nullo modo praecessit huius sacramenti deuotio: aut non semper caruerunt vsu rationis, & tunc, si prius, quando erant compotes seu mentis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi forte timeatur periculum uomitus vel expuitionis. unde in concilio Carthaginensi legitur\* (& habetur in decret. 26. q. 2.) Is qui infirmitate poenitentiam perit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate obmuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam, & si incontinenti creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod carentes vsu rationis possunt deuotionem ad sacramentum habere quantum ad aliquos quidem praesentem, quantum ad alios autem praeteritam.

AD SECVDVM dicendum, quod Dion.\* loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis, in quibus scilicet nondum est vis daemones extincta, quae uiget in eis per originale peccatum. sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur, est eadem ratio, & de alijs amentibus. unde Cassianus dicit, eis qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdiciam.

AD TERTIVM dicendum, quod eadem ratio est de pueris receter natis, & de amentibus, qui numquam habuerunt vsu rationis, unde talibus non sunt sacramenta danda: quamuis quidam Graeci contrarium faciant, propter hoc quod Dionysius. Caes. hierar. dicit, baptizatis esse sacramentum communionem dandam, non intelligentes, quod Dionysius sibi loquitur de baptismo adultorum: nec tamen per hoc aliquod detrimentum uideatur patiuntur, propter hoc quod dominus dicit Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: quia sicut Aug.\* scribit Bonifacio, tunc unusquisque fidelium, corporis & sanguinis domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismo membrum corporis Christi efficitur: sed quando iam pueri incipiunt aliqualem vsu rationis habere, ut possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod non liceat quotidie hoc sacramentum suscipere: sicut. n. baptismus repraesentat dominicam passionem, ita & hoc sacramentum: sed non licet pluries baptizari, sed semel tantum: quia Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, ut dicitur prima Pet. 3. ergo uidetur, quod non liceat hoc sacramentum quotidie suscipere.

¶ 2. Præ. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus Paschalis, qui fuit figura, praecipua huius sacramenti (ut supra dictum\*) non manducabatur, nisi semel anno; semel etiam in anno ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. ergo uidetur, quod non liceat quotidie sumere hoc sacramentum, sed solum semel in anno.

¶ 3. Præ. Huic sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur: ad reuerentiam autem pertinet, quod aliquis ab hoc sacramento absteineat. unde & laudatur Ceteri, qui dixit Mat. 8. Domine non sum dignus, ut intres subtectum meum, & Petrus, qui dixit Luca. 5. Exi a me domine, quia homo peccator ego sum. ergo non est laudabile, quod homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶ 4. Præ. Si esset laudabile, frequenter hoc sacramentum accipere, quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius: sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum. ergo esset laudabile, quod homo pluries in die communicaret: quod tamen non habet ecclesiae consuetudo. non ergo uidetur esse laudabile, quod aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶ 5. Præ. Ecclesia intendit suis statibus fidelium utilitati prouidere: sed ex statuto ecclesiae fideles tenentur solum semel communicare in anno unde dicitur\* extra de peniten. & remis. Omnis utriusque sexus fidelis suscipiat reuerenter, ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. non ergo est laudabile, quod quotidie hoc sacramentum sumatur.

Tertia S. Thomae.

IN ar. 10. circa quotidianam celebrationem, nota Augustinus: Sic uide videtur quod quotidie merita accipere, quoniam per se uiuere in eligendum est. spirituale uita sic ducere, ut quotidiana coitione semper augeatur: alioquin non sic uiuunt, ut quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie meret accipere, debet quotidie sic esse dispositus, ut fructus eucharistiae percipiat, fructus autem ipsius huius cibi est, non solum actualis refectio spiritus, sed augmentum gratiae: quoniam per totum tempus praesentis uita sumus in statu augmenti.

¶ Propter quod crebro, aut quotidie celebrantes discutiant in seipsis fructum praerite celebrationis, & secundum profectum uel defectum, quem experiuntur in se, prosequantur, vel a prosecutione desistant: qui enim multis celebrationibus peractis ad actus uirtutum non melius se habet quam prius, passionibusque non minus subicitur, quam prius, parum aut nihil celebrando proficit. Dico autem parum: quia forte quo ad aliquam actualis deuotionem proficit. Dixi quoque post multas celebrationes, quoniam non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrantem esse dispositum sicut per quolibet celebrationem augeatur habitus gratiae. Dicit enim forte quispiam, quod etiam pueria statim augmentum, non ex quolibet sumpto cibo singillatim augeatur, quamuis hoc non multum uigere uideatur, quia augmentum corporale a uirtute naturali determinata ad naturalem dispositionem fit: augmentum autem charitatis a diuina fit uirtute, quando cumque anima ad hoc se sufficienter preparauerit.

L. L. 2 SED

4. diff. 22. q. 3. ar. 1. Et 1. corp. 11. lec. 7.

q. 73. art. 6.

In decret. li. 5. tit. 30. cap. 9. Ois ueritas que cap. 9.

In Arca...

In decret. 26. q. 2. Is qui infirmitate poenitentiam perit...

In decret. 26. q. 2.

e. 1. q. 1. in h.

Referuntur...